



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. III. De Pane.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

quod illa verba, *pacta conventa servabo*, procedunt ab ore DEL, ideo etiam DELUS ligatur pacto, & diabolus, & princeps, & quod nulla major iustitia est, quam pacta servare. Plot. *consil. 11. in princ.* ubi quod pacta nedum obligant privatos, sed etiam Papam & Imperatorem. Moron. *de treuga & pace, q. 17. n. 2.* ubi quod juris, & naturæ, & secundum dictamen rationis sit, ut pacta servantur. Caballin. *de evictionib. §. 3. n. 157.* ubi quod servari debeant pacta, si sine peccato servari possunt. Corset. *de jurament. & ejus privil. §. quero undecimo. n. 76.* ubi quod peccato gravi subiacet, qui pacta conventa non servat. Curt. jun. *consil. 40. n. 2.* ubi quod pacta ad ungem servari debent. Natt. *consil. 384. n. 11. & 19.* ubi quod pacta ad ungem servari debent etiam in materia feudali. Roland. à Valle *consil. 100. n. 20. & seq. lib. 3.* ubi quod nulla major est iustitia, quam illa, quæ ex pacto oritur, quia obligat secundum jus commune etiam apud DEUM. Exornant Surd. *consil. 183. n. 11.* ubi quod æquitati nihil magis convenit, quam pacta servare, *& consil. 345. n. 9. & decis. 259. n. 5. & decis. 260. num. 12. & de aliment. tit. 7. q. 18. n. 12.* Ant. Gomez. *var. tom. 2. c. 8. n. 4. col. 2.* Menoch. *consil. 1. n. 226. cum seq. & consil. 92. num. 33. & consil. 93. num. 30. & consil. 156. n. 46. & n. 54. & de arbitr. lib. 1. q. 57. num. 6.* Hieron. Giach. *in consil. de moneta Marchesana, n. 33. cum seqq.* Cald. Pereira *de novat. emphyt. q. 11. num. 3. ad fin.* ubi *n. 10.* subdit, quod pacta dant legem contractui. text. *in l. 1. §. 6. de pos. Harprecht. ad §. Inst. locati. num. 35.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resol. 53. num. 5.* ubi *n. 6.* quod pacta rumpunt leges. Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 3. & 4.* (juxta illud vulgatum, *bedingt Recht seu Billfür/ bricht Landrecht. l. 1. §. si conveniat 6. ff. de pos. c. contractus 85. ubi gloss. de R. I. in 6. arg. 1. consil. 41. n. 68.* cum juxta formam traditam ab homine vel à jure regulentur, & modificentur obligationes, *l. sed si pupillus 11. §. conditio 5. de Inst. act. c. cum dilecti 22. extr. de rescript. Gail. 2. obs. 24. n. 6.*

Limita Regulam, dummodo non juri publico deroget, qualia sunt pacta derogantia libera facultati testandi, item pactum, ne discedatur à communione. Wessemb. *in parat. de commun. divid. n. 1.* quia Prætor ita demum se pacta servaturum pollicetur, si neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, SCta, Edicta principum, neque quo fraus alicui eorum fiat, facta sunt, *l. juris gentium 7. §. Prætor ait 7.*

ff. & l. pacta contra 28. C. de pact. Berta-zol. 2. consil. crim. 254. n. 1. Vultej. 3. Consil. Marpurg. 34. n. 197.

XXV.

Quæcunque pacta turpitudinem civilem tantum continent, illa moribus mutari possunt, non quæ turpitudinem naturalem, quia turpitudine civilis ex Legibus civilibus oritur, quæ consuetudine mutari possunt *l. 32. pr. ff. de LL.* non item naturales.

Exemplum: ita ergo pactum de hereditate tertii, quatenus illa ad nos aliquando legitime est perventura, moribus induci potuit, cum hoc pactum, quæ pactum, nullam in se contineat turpitudinem naturalem. Conf. Stryck. *tract. de success. ab intest. Disput. 8. cap. 12. §. 36.*

XXVI.

PACTO quicquid potest acquiri, potest & præscriptione, *l. alienationis verbum 28. ff. de V. S. ubi Alciat. & Rebuff. Gam. Lusit. decis. 379. Inter fratrem. n. 5. Surd. decis. 3. n. 23. & decis. 236. n. 9. Valasc. consil. 132. n. 32.* Nam præscriptio habet vim pacti. Gam. *decis. 276. n. 2. Surd. decis. 24. à princ.*

De Pactis Confraternitatis vid.
Confraternitas.

CAP. II. Palàm.

Axioma I.

Palàm delinquens mitius punitur, quoties res est de genere permissorum, sed certà ratione prohibita, quia videtur potius per errorem deliquisse, quam ex aliquà malitià, *l. fin. ff. de Ritu Nupt.*

II.

Quoties res est de genere prohibitorum, toties palàm delinquens gravius punitur, major enim sic adesse præsumitur malitia. Exemplum est in meretrice palàm se prostituente, *Serve. Jurispr. Rom. Germ. Forens. lib. 3. tit. 28. §. 14.* item in fure furtum palàm committente. *Naum. ad Zaf. ff. tit. de furt. n. 17.*

CAP. III. De Pane.

Axioma I.

Panum venditio non potest in vitio & crimine poni, sed unicuique permitti debet. *Mev. consil. 83. n. 45.*

II.

Panes in opificio publico cum in finem extructo, ut subditi coquant, Magistratus potest ordinare. *Carpzovius Lib. 1. Respons. 42. num. 11.* an verò furnacariis paganis panes ad liberam venun-